



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

73. An homicida teneatur restituere damnum, quod per accidens
familiaribus, & amicus occisi ex eius morte secutum sit? Ex p. 5. tr. 4. res.
56.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

si filii valde egeribus condoreti occisorum omnem restitucionem : valebit tamen in conscientia , nisi fortasse lege positiva non permittatur ei , nisi aliquius certa portionis bonorum dispositio , v.g. ter tertia , quartus , vel quinta , tunc enim non valeret remissio , nisi iuxta hanc moderationem , ut quidam volunt . Alij tamen non addunt hanc limitationem , quia tale debitum cum ab honestissimi viris plerumque condonari solet , non videtur conferri inter bona creditoris , de quibus loquantur leges , portionem legitimam praescribentes : nemo enim cogitur huiusmodi actiones ex delicto , vel iniuria nascentes in censu suo numerare .

RESOL. LXXI.

An interficiens aligem non habentem filios , aut alios cognatos intra tertium gradum , teneatur ad aliquam restitucionem ?

An in tali causa debet aliquid in foro conscientiae restituere fratribus occisis , quidquid sit in foro iudiciali ? Ex part. 3. tr. 6. & Milc. 2. Ref. 5. 2.

§. 1. A hoc casu in facti contingencia olim interficiens hominem non habentem filios , aut fratres heredes , sed alios , non ita coniunctos , non tenetur aliquid restituere ratione dicti homicidij ; quia in conscientia circa extraneos heredes nullum damnum considerari potest , vigore cuius teneatur homicida ad aliquam restitucionem , cum defunctus , adhuc viuis esset , non teneretur eis alimenta praestare . Et ita hanc sententiam tenet Mercatus 17. 3. de restit. cap. 6. & Ioan. Valer. in differentiis viri que foris per. Restitutio. differ. 8. qui plus addit cum Soto lib. 4. de inst. q. 6. art. 3. ad. 3. nempe , nec fratribus in talu calu deberi aliquid in foro conscientiae , quidquid sit in foro judiciali .

RESOL. LXXII.

Quibus heredibus titulo alimentorum teneatur homicida restituere ?

Et an tam fratres , quam alij heredes extranei succedant in iuribus debitorum realium , qua defunctus habebat ante mortem ; unde expensis , que fuisse facta in curatione , v.g. vulneris , restituenda sunt heredibus quibuscumque , quia ad illas habebat ius defunctus ante mortem ? Ex part. 5. tr. 4. Ref. 5. 9.

§. 1. R espondeo quod occisor solum videtur obligari parentibus occisi , filiis , & vxori . Vnde contra Mercatum de contr. lib. 6. cap. 5. infertur , quod non teneatur restituere fratri , quia nec est heres necessarius , nec censetur una persona cum eo ut censetur sufficiere . Ita Calestin . in compend. Theol. moral. tr. 10. 6. 3. num. 2. Beccan de inst. & iure in 2. 2. D. Thom. 9. 14. de restit. conclus. 3. & alij . In d. Fillius tom. 2. tr. 32. cap. 8. num. 10. 7. & Lessius (quod est valde notandum) lib. 2. cap. 9. dub. 2. 6. num. 1. 3. 7. adiutus probabile esse homicidam non teneri restituere vxori , si illa nullum notabile detrimentum accepit , vel si aquae comode potest nubere ; tunc enim non censetur in rebus pecunia estimabilibus laesa , neque parenti occisi , nisi forte sit heres , vel filius occisus illum alebat , & ei aliunde non sit prospicuum , quia aliquoquin non censetur in re sua laetus , ita ut damnum pecuniarum acciperit . Vnde Tannetus tom. 3. disp. 4. q. 6. dub. 4. n. 1. 2. etiam satis probabile putat , si occisus de precio non contenteret , dum viueret , & parentes ac vxor non egeant alimentis , nec filii necessariis ad vitam , non teneri homicidam ante iudicis sententiam aliquid restituere . Ita

Tom. VIII.

ille . Licet contrarium doceat Sanchez in opus. tom. 1. lib. 1. cap. 4. dub. 3. nro. 9. vbi statuit teneri homicidam restituere heredibus , etiam si sint diuines , & aliunde victimi habentur .

2. Adiutendum est autem hinc tam fratrem . quia alios heredes extraneos succedere in iuribus debitorum realium , quae defunctus habebat ante mortem , unde expensis que fuisse facta in curatione , v.g. vulneris , restituenda sunt heredibus quibuscumque , quia ad illas habebat ius defunctus ante mortem . Ita DD. citati .

RESOL. LXXIII.

An homicida teneatur restituere damnum quod per accidens familiaribus , & amicis occisi ex eius morte sequutum sit ? Ex part. 5. tr. 4. Ref. 5. 6.

§. 1. A firmatius responderet Petrus Narra de restit. cap. 1. n. 7. Azorius part. 3. lib. 5. cap. 3. ques. 11. Philippus Faber de restit. in 4. sentent. diff. 15. quaf. 3. disp. 5. 2. cap. 2. numer. 77. & Valquez opus . de restit. cap. 5. 1. dub. 7. num. 2. 4. vbi sic ait . In hac re mihi videtur , quod non tantum parentibus , filiis , vxori , et restitutio facienda dampnorum , ut illi omnes fatentur , sed etiam amicis , & aliis consanguineis defuncti , quibus alias defunctus ex iustitia non tenebatur , si tamen probabile erat defunctum , si vixisset , alimenta daturum , vel alia bona opera facturum . Hoc , inquam , verum est , quando huius magna erat probabilitas , ut pote quia defunctus iam firmiter decreuerat consanguineum , vel amicum domi altere , tunc enim istis est restituendum tantum , quanti alij tenebantur spes illa probabilis , quam habebant . Ratio istius est , quia sicut ille , qui per vim , vel fraudem impedit aliquem a consecutione boni alicuius legati , v.g. quod probabilitas consequetur , autocans animum illius , qui conferre decreuerat beneficium , vel legatum , vel quid simile , tenerus ad restitucionem illius , quo spes illa afflaretur arbitrio prudentis , quamvis ad illam non haberet ius ille , qui eam sperabat , solum quia vi , aut fraude impeditus fuit , quod late docuimus in materia de beneficiis ; ita ille , qui occidit alium , qui amicis decreuerat aliquid conferre , vi impedit illud commodum , quod alij consequentur ex defuncto : ergo teneatur ad restitucionem illius . Hac ratio evidens est , & colligitur aperte ex doctrina illa de impidente per vim collationem alicuius commodi , quae omnium consensu verissima est . Hac Vasquez .

2. Verum ego contraria sententiae tanquam probabilius adhæreo , quam tenuit Lessius lib. 2. c. 9. dub. 2. 6. numer. 1. 5. 4. Sotus de iust. lib. 4. quaf. 6. art. 3. circa tertium argumentum . Salomon in 2. 2. quaf. 6. 2. art. 2. contr. 7. Beccan de iust. & iure in 2. 2. D. Thom. 9. 14. de restit. concil. 2. Calestin . in compend. Theol. moral. 10. cap. 3. num. 2. Stouersdoff de inst. & iure in 2. 2. D. Thom. 9. 6. 8. disp. 2. nro. 4. concil. 1. Molina de iust. tom. 4. tract. 3. disp. 8. 2. num. 6. vbi sic ait . De aliis autem quos interfecitus ex sua liberalitate sustentabat , quibusve elemosynas , aut beneficia alia tribuebat , dicendum est non videri homicidam teneri eis ad restitucionem , esto cognati illius essent ; quicquid Adrian . Scot . & alij in contrarium asseruerint . Ratio autem est , quoniam id illis non erat debitum , quasi ius ad illud haberent , neque mors imperfecto fuit illata animo privandi eiusmodi homines emolumento , quod ex occiso sperabant , verisimiliterque in futurum perceptissent , sed accidit id inde præter imperfectoris intentionem fieri . Quia ergo quæ eiusmodi homines ab imperfecto percepti erant , connexionem non habent cum vita illius in ratione debiti , ut habent , quæ illi alij percepti

RESOL. LXXV.

An homicida teneatur restituere damnum creditoriis occisi? Ex part. 5. tr. 4. Ref. 57.

cepturi erant, neque mors ex intentione aduenit contraveniendi iuri, quod eiusmodi homines habent ad accipientium quod sibi quiuis ex liberalitate conferre voluerit, quasi homicida intenderit id impediare, sed per accidens est secutum, non secus ac si mors alia ex causa eidem eveniret; consequens perfecto est, ut homicida restituere non teneatur emolumenta, quae eo modo morte iniusta per accidens impediuit. Possimus vero id confirmare, quoniam nullus dicet, homicidam restituere teneri amicis interfeciti, qui sperabant ab illo ex liberalitate accipere, eo quod soleret eos inuitare, aut dona illis mittere, vel illis concedere quod ab eo petebant, neque item dicunt, teneri restituere famulis, quae ultra stipendium emeritum, sperabant ab illo in posterum accipere, vel commoditatem, quam in illius domo erant habituri: neque id affirmat Scotus, Adrian. & alii, quos impugnamus, sed solum loquuntur de cognatis, qui sustentationem ab interfecito accipiebant; cum ergo interfecitus ex mera liberalitate sustentaret eos suos cognatos, qui non sunt de illorum numero, quos commemorationibus, non secus atque ex liberalitate sustentabat suos amicos ac famulos, neque eiusmodi cognati habeant plus iuris ad emolumenta quae ex interfecito erant in futurum percepturi, quam amici, aut famuli consequens profecto est, ut iniustus interfector non plus teneatur ea de causa cognatis illis restituere, quam teneatur amicis aut famulis interfeciti. Hucusque Molina.

RESOL. LXXIV.

An homicida teneatur restituere damnum illatum creditoriis pro morte occisi?

Et an homicida teneatur ad aliquam restitutionem familiaribus, & clientibus, si damnum aliquod ex morte occisi illis prouenerit?

Et an si maritus aliquem deprehensum in adulterio occidit, in conscientia teneatur restituere damna ex morte occisi sequenti? Ex part. 3. tract. 6. & Misc. 2. Ref. 4.

^{sup hoc in}
Ref. seq.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Molina de inst. tract. 3. diff. 8. n. 8. Et ratio est, quia occisus maiori obligatione iustitia tenchatur erga creditores, quam erga parentes, vxorem, & filios; & ideo his alimenta, & hereditas non praestant, nisi solitus creditoriis. Ergo si homicida, ut omnes fatentur, teneat damnum restituere, quod vxori, liberis, parentibus occasione homicidiu[m] accidit; multò magis creditoribus, si ob tale homicidiu[m] debito suo priuati fuerant, dicendum est ad restitutionem teneri.

Sed his non obstantibus ego contrariam sententiam tencio cum Salonio in 2. 2. quæst. 6. 1. art. 2. con. 8. Lessio lib. 2. cap. 9. dub. 6. & aliis, penes quos rationes huius sententia videbis.

^{sup. hoc in}
Ref. præterita.

2. Notandum est tamen, hic obiter primò, homicidam nonne teneri ad villam restitutionem familiaribus, vel clientibus, si damnum aliquod ex morte occisi illis prouidentiam occisus supradictis ad nihil tenetur ex iustitia, sed ex liberalitate operabatur. Et ita tenetur Sotus ib. 4. quæst. 6. art. 3. circa 3. argum. Molina de inst. tr. 3. diff. 8. n. 6. Lopez in inst. part. 1. cap. 7. Lessius & Saloniūs ubi supra; quidquid in contrarium afferant Vasquez opus de ref. c. 2. §. 3. dub. 7. & Petrus Navarra de refit. lib. 4. c. 1. n. 6.

^{sup. hoc latè}
in 10. 5. tr. 5.

3. Notandum secundò, quod si maritus aliquem deprehensum in adulterio occidit, in conscientia non tenetur restituere damna ex morte occisi sequita, donec Sed hec opinio.

ad iudicem causa delata cognoscatur, vtrum in pecunia delicti, atque iuri, compensationem restitutio-

ipsi remitterenda sit, necne. Ita Molina tr. 3. diff. 8. n. 10. & alii.

Affirmatiuam sententiam docet Laymannus de inst. tom. 4. tr. 3. diff. 1. §. numer. 8. vbi sic sit. Molina dubium est de creditoriis iniustè interfeciti, si aliquando cueniat ut propter eam iniustum mortem illi aliquid non recuperent eorum, que interfecitus ipsi debet, quod tamē recepti fuissent, si ille interfecitus non fuisset. Etenim hoc debitum de iustitia est, & quod anteponendum erit emolumento, quo priuatur vxoris, & quo priuantur filii, cum ad vxorem & ad filios non aliud ex marito, & ex patre spectet, quād quod remanserit, deducto prius toto are alieno, faciat scilicet integrè omnibus eiusmodi creditoribus interfeciti, quād cum homicida restituere teneatur vxoris ac filiorum, quem iniustè interfecit, emolumenū venum ex ea interfecito, quo ipsi priuauit, longe cum maiori ratione tenebitur restituere hocaliud. Nec refer si quis dicat, quoddam hoc creditorum non fuisse intentum ab homicida, sed per accidens, præterea ipsius intentionem esse sequitur. Nam similiiter damnum vxoris ac filiorum fuit sequutum per accidens, & præter intentionem homicidae, & nihilominus teneat illud restituere, quia connexum erat cum morte iniusta interfeciti, & contrarium eius damni magis erat debitum ab interfecito, quād damnum vxoris ac filiorum. Item sicut damnum vxoris ac filiorum censem voluntariū comparatione interfecitoris, ut teneat illud restituere, nihil impedit, quod non attendit, an interfecitus vxorem ac filios haberet, & quod si ignorauerit, quoniam ex ipso, quod cum peccato valit mortem interfeciti, censetur imputatio velles efficiam, ut illa restituere teneatur, quācumque danū nra sunt sequi ex tali morte, si ex illa re ipsa sequuntur, idem omnino cernitur comparatione danū creditorum interfeciti. Ita Molina, fas quidem probabilitate.

Sed ego negatiuam sententiam probablem puto, quam tener Saloni in 2. 2. D. Thom. q. 6. art. 2. con. 8. Sotus de Inst. lib. 4. q. 6. a. 3. ad 4. Beccanu de Iust. & iure in 22. D. Thom. q. 14. de refit. con. 1. Cestellus in compend. Theolog. moral. tr. 10. c. 1. num. 2. Fillius in tom. 2. tract. 2. cap. 8. num. 209. & Lessius lib. 2. c. 9. dub. 2. 6. n. 15. 1.

2. Probatur primò: nam planè per accidens obvenit damnum creditoribus, non enim illa actio occisionis ex natura sua, vel ut plurimum est illis damno à ergo non est iniuria in illis.

3. Secundò, quia creditor non habet ius in debitorem, nisi quantum extendit se bona, quæ aeti habet, vel quæ verisimiliter erat habitus: ergo cum homicida restituit hereditibus, in quos obligatio defundi transferitur, ea, quæ ipse putabatur lucraturus, non facit iniuriam creditoribus, possunt enim ab hereditibus solvit.

4. Tertiò creditor non est ita coniunctus debitori, ut damnum quod huic sit, debeat censem fieri creditori, non solum per accidens, seu ciuili modo ei coharet, qua ratiōe immumeri possunt cum ipso contingi. Ab iuridum autem videtur omnes eos, qui cum ipso contrahunt, habere ius iustitia in iugis inimicorum, ne ipsum occidat. Confirmatur, quia qui cum aliquo contrahant, debent videre an ille habeat sufficiētē bona, vel certè curare, ut det sufficiētē causationem, quod si non fecerint, sibi impunit, non enim teneat iniurias ex iustitia tam procul respicie.

5. Quartò, non videtur haec obligatio solum recepta imò communī hominum iudicio, non censem homicida